

VĚTY PŘÍPUSTKOVÉ

1. Popište jednotlivé typy přípustkových vět. Přeložte do češtiny.

1. Licet quod cuique libet loquatur, credere non est necesse. (Cic. *Phil.* 1, 33)
2. Non est mei temporis iniurias meminisse, quas ego etiam si ulcisci possem, tamen oblivisci mallem. (Cic. *p. red. in sen.* 23)
3. Quamvis enim mortem sibi consciverit, tamen mollissime excessit et vita elapsus est. (Sen. *epist.* 77, 10)
4. Itaque etiam si indifferens mors est, non tamen ea est, quae facile neglegi possit. (Sen. *epist.* 82, 16)
5. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit; colossus magnitudinem suam servabit, etiam si steterit in puteo. (Sen. *epist.* 76, 31)
6. Prodest gratum esse: ero tamen gratus, etiam si nocet. (Sen. *benef.* 4, 20, 1)
7. Nec vero dubitat agricola, quamvis sit senex, quaerenti, cui serat, respondere: „Dis immortalibus, qui me non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.“ (Cic. *Cato* 25)
8. Satis ipsum nomen philosophiae, etiam si modeste tractetur, invidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? (Sen. *epist.* 5, 2)
9. Noli aestumare hanc horam aut hunc diem, totum inspicere mentis tuae habitum: etiam si nihil mali fecisti, potes facere. (Sen. *dial.* 5, 26, 5)
10. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet; quicquid vero non licet, certe non oportet. (Cic. *Balb.* 8)
11. Neque enim hoc cogitavit vir iustissimus neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupisset. (Cic. *Mil.* 21)
12. Iste quamquam est incredibili importunitate et audacia, tamen subito solus destitutus pertimuit et conturbatus est; quid ageret, quo se verteret, nesciebat. (Cic. *Verr.* II 2, 74)
13. Etiamsi propter amicitiam vellet illum ab inferis evocare, propter rem publicam non fecisset. (Cic. *Mil.* 79)
14. Ego vero istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. (Cic. *parad.* 5, 36)
15. Sicca, ut scribit, etiam si nihil confecerit cum Silio, tamen se scribit X Kal. esse venturum. (Cic. *Att.* 12, 26, 1)
16. Adherbal tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de caede fratris et fortunis suis, tamen fretus multitudine militum parabat armis contendere. (Sall. *Iug.* 13, 3)

17. Ego vero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto. (Cic. *Att.* 11, 16, 1)
18. Non contemnet se sapiens, etiam si fuerit minimae staturae, esse tamen se procerum volet. (Sen. *dial.* 7, 22, 2)
19. Ac si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis profecto; si solus, certe ignoscere-tis; etiamsi minus utilis vobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. (Cic. *prov.* 1)
20. Audis, quae dico, tametsi praesens non ades. (Plaut. *Amph.* 977)
21. Qui cum missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti huic adsident, pro hoc laborant, ... (Cic. *Planc.* 28)
22. Atque haec qua celeritate gesta sint, quamquam videtis, tamen a me in dicendo prae-tereunda non sunt. (Cic. *Manil.* 34)

2. Přeložte do latiny

1. Tato pravda, ačkoliv není příjemná, je mi přece milá.
2. Třebaže (*licet*) se nedožil se stáří (*dosl. jeho věk je nedokončený*), jeho život je dovršený.
3. I když jednájí správně, nevědí, že jednájí správně.
4. Ačkoliv (*quamquam*) jsem na Metella právem rozhněván, přece řeknu to, co je prav-da.
5. I kdyby se to bývalo stalo, domníval bych se, že (to) nebyla vina krále.
6. Ačkoliv nemám nic, co bych ti psal, přece ti píšu, protože se mi zdá, že s tebou mlu-vím.
7. Kdyby snad s tebou takto vlast mluvila, cožpak by toho neměla (*debere*) dosáhnout, i kdyby nemohla použít sílu?
8. I kdyby (snad) mlčeli, dost říkají (o tom), proč nechtějí.
9. Dáš mu hodně, i kdybys mu nedal nic kromě příkladu.
10. Nebyli to moudří muži, ačkoliv dělali to, co mají moudří lidé dělat.
11. Třebaže (*quamvis*) si moudrý vystačí sám se sebou, potřebuje přátele.
12. Protože jsem to slíbil, půjdu na večeři, i když bude mráz, ale nepůjdu, jestliže bude padat sníh.
13. Pokud jde o to, že (*quod*) mě napomínáš - i kdybys mě káral, nejen bych to snadno snášel, ale radoval bych se.
14. Už tvůj dopis ani neočekávám, ačkoliv (*quamquam*) vždy přináší něco, co bych chtěl.

milý	grātus, a, um
přijemný	iūcundus, a, um
věk	aetās, ātis, f.
nedokončený	imperfectus, a, um
dovršený, dokonalý, dokončený	perfectus, a, um
správně	rēctē
rozhněván na někoho	irātus, a, um +dat.
Metellus	Metellus, i, m.
právem	meritō
vina	culpa, ae, f.
dosáhnout	impetrō, āre, āvī, ātum
síla, násilí, moc	vis, f. ak. vim, abl. vī, pl. vīrēs, ium
použít sílu	vim adhibeō, ēre, uī, itum
kromě	praeter +ak.
vystačit si (s někým, něčím)	contentus, a, um esse +abl.
potřebovat (někdo něco)	opus est +dat. (alci) +abl. (alqa re)
jít na večeri	eō, ire, iī, itum ad cēnam (cēna, ae, f.)
mráz	frīgus, oris, n.
▪ být mráz	▪ frīgus esse
sníh	nix, nivis, f.; (pl. množství sněhu)
▪ padat sníh	▪ ningit / ninguit, ere, ninxit; nix (nivēs) cadō, ere, cecidī, –, cāsūrus
pokud jde o to, že	quod
napomínat	admoneō, ēre, monuī, monitum
kárat	reprehendō, ere,prehendī, prehēnsūm
snášet, strpět	patior, patī, passus sum
ani	nē... quidem
očekávat	ex(s)pectō, āre, āvī, ātum +ak.
přinášet	afferō (adferō), ferre, attulī, allātum

3. Doplňte vhodnou spojku, dejte do správného tvaru

1. Dolor ergo, id est summum malum, metuetur semper, etiamsi non (*adesse; nebude přítomen*) _____; iam enim adesse poterit. (Cic. *fin.* 2, 28)
2. Haec ego non rideo, quamvis tu (*ridere*) _____, sed de re severissima tecum, ut soleo, iocor. (Cic. *fam.* 7, 11, 3)
3. Nam etiam si a servo suo beneficium (*accipere; přijal*) _____, aestimat non a quo, sed quid (*accipere; přijal*) _____. (Sen. *benef.* 3, 17, 4)
4. Quid mihi hoc loco respondebis? Nisi forte id, quod (*ačkoliv*) _____ probari nullo modo potest, tamen dici quidem in iudicio de pecuniis repetundis necesse est, de tua pecunia aedificatam esse navem. (Cic. *Verr.* II 5, 45)
5. Qui nisi exeunt, nisi pereunt, (*i kdyby*) _____ Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. (Cic. *Catil.* 2, 23)
6. Sed quod crebro videt, non miratur, etiamsi, cur (*feri; se to děje*) _____, necit; quod ante non vidit, id si evenit, ostentum esse censet. (Cic. *div.* 2, 49)
7. Rufum istum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuvarem, quantum possem, etiam si ab eo (*laedere; byl bych býval uražen*) _____, ... (Cic. *fam.* 9, 24, 1)

8. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam si non omnia meliorem eum (*facere; dělají*) _____. (Sen. *epist.* 121)
9. Quaesivi, quae causa (*esse; byl*) _____, cur bona non venissent, cum ex edicto possiderentur. (Cic. *Quinct.* 88)
10. Quod (*ačkoliv*) _____ non reprehendunt, tamen magno opere, quod (*laudare; by chválili*) _____, non habent. (Cic. *Verr.* I, 46)
11. ...quamvis (*esse; jsi*) _____ molestus, numquam te esse confitebor malum. (Cic. *Tusc.* 2, 25, 61)

4. Vyberte správnou možnost nebo správné možnosti

1. Nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non (*possit, potest, posset*), habere certe potest. (Cic. *off.* 2, 20)
2. Quae (*cum, tametsi, quamquam*) ita essent, tamen usque eo se tenuit, quoad a Cn. Pompeio legati ad eum litteraeque venerunt. (Cic. *Deiot.* 11)
3. Superiora illa, quamquam ferunda non (*fuissent, fuerunt, essent, erant*), tamen, ut potui, tuli. (Cic. *Catil.* 1, 18)
4. Numquid, quamvis (*non est, non sit, ne sit, ne esset, non esset*) naturalis ira, adsumenda est, quia utilis saepe fuit? (Sen. *dial.* 3, 7, 1)
5. Tu nunc in provincia, licet (*contemnis, contemnes, contemebas, contemneres, contemnas*) ipse te, magnus es. (Sen. *epist.* 43, 3)
6. Itaque nec fructus tanges colono tuo prohibente, quamvis in tua possessione (*nascuntur, nascantur, nascerentur*), et, si annona carior fuerit aut fames, heu. (Sen. *benef.* 7, 5, 2)
7. Reliquis diebus si (*quid, quod*) erit, quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen (*scribo, scribam, scriberem, scripserim*) cottidie aliquid. (Cic. *ad Q. fr.* 2, 10, 2)
8. ...mihi enim venit in mentem, quid dici (*potest, possit*), (*quamquam, cum, tametsi, quamvis, licet*) adhuc non esse hoc dictum mementote... (Cic. *Cluent.* 183)
9. Vitia eius, etiam si (*non excidero, ne exciderim, non exciderim, non excidam, ne excidam*), inhihebo. (Sen. *epist.* 29, 8)
10. Quamvis enim ad eundem finem uterque (*pervenit, pervenerit, pervenisset, perveniret*), tamen maior est laus idem effecisse in difficiliore materia. (Sen. *epist.* 52, 4)

5. Určete typ zvýrazněných vět a vysvětlete zvýrazněné slovesné tvary

1. **Ut** enim non efficias, **quod** vis, tamen, mors, **ut** malum non sit, efficies. (Cic. *Tusc.* 1, 18, 16)
2. Et **ut** haec omittamus, tamen animal nullum inveniri potest, **quod** neque **natum** umquam **sit** et semper **sit futurum**. (Cic. *nat. deor.* 3, 32)
3. Est mehercule, **ut** dicis, utriusque loci tanta amoenitas, **ut dubitem**, utra anteponenda **sit**. (Cic. *Att.* 14, 13, 1)
4. Hoc idcirco scripsi, **ut** intellegeres non solum me pro P. Sestio laborare debere, sed Sestium etiam pro Albanio. (Cic. *fam.* 13, 8, 1)
5. Tu fac, **quod facis**, **ut** me **ames** teque **amari** a me **scias**. (Cic. *fam.* 13, 47, 1)
6. Et L. Quinctio fratri, legato et praefecto classis, scribit, **ut** onerarias ex omni Graeciae ora eodem **contraheret**. (Liv. 34, 50, 11)
7. Inde **ut** rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique opera eius existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. (Nep. *Cato* 1, 2)
8. Hunc ergo antepones Platoni et Socrati? Qui **ut** rationem non **redderent**, auctoritate tamen hos minutos philosophos **vincerent**. (Cic. *div.* 1, 62)
9. Tu mihi, **etiam si** nihil erit, **quod** scribas, **quod fore** ita video, tamen id ipsum **scribas** velim **te** nihil habuisse, **quod** scriberes, **dum** modo ne his verbis. (Cic. *Att.* 12, 44, 4)
10. **Quamvis** enim sine mente, sine sensu sis, **ut** es, tamen et te et tua et tuos **nostis**. (Cic. *Phil.* 2, 68)
11. **Etiam si** **premeris** et infesta vi **urgere**, cedere tamen turpe est: adsignatum a natura locum **tuere**. (Sen. *dial.* 2, 19, 3)
12. **Etsi** mane Harpalum miseram, tamen, **cum haberem**, **cui** recte **darem** litteras, **etsi** novi nihil erat, isdem de rebus volui ad te saepius scribere, **non quin confiderem** diligentiae tuae, **sed** rei me magnitudo **movebat**. (Cic. *fam.* 16, 24, 1)
13. Fretusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Aeneas, **quamquam tanta** opibus **Etruria erat**, **ut** iam non terras solum sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui **inplesset**, **tamen**, **cum** moenibus bellum propulsare posset, in aciem copias **eduxit**. (Liv. 1, 2, 5)
14. Tuis enim opibus et consulatu tuo, **etiam si timidi essemus**, tamen omnem timorem **abiceremus**, **praesertim cum persuasum** omnibus **esset** mihi que maxime a te nos unice **diligi**. (Cic. *fam.* 11, 21, 4)
15. **Quamquam** ista adsentatio, **quamvis** pernicioosa **sit**, nocere tamen nemini potest **nisi ei**, **qui** eam recipit atque ea **delectatur**. (Cic. *Lael.* 97)

16. Qua re **velim, etsi (ut spero)** te haec legente aliquantum iam viae **processero**, tamen obvias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro **mittas**, in primis de **quo** scripsi ad te antea. (Cic. *Att.* 6, 5, 1)
17. Nam cum grave est vere accusari in amicitia, tum **etiam si** falso **accuseris, non est neglegendum**. (Cic. *Mur.* 7)
6. Najděte případy, kdy spojka neuvozuje vedlejší větu přípustkovou nebo se nejedná o spojku
1. **Quamquam**, quicum loquor? (Cic. *fam.* 15, 16, 3)
 2. **Quamquam** ut nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriae. (Cic. *Lig.* 28, 96)
 3. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere, **quamquam** est id quidem senile aetatique nostrae conceditur. (Cic. *Cato* 30)
 4. **Quamquam**, Quirites, mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. (Cic. *Catil.* 3, 27)
 5. Cleomenes **quamquam** nox erat, tamen in publico esse non audet, includit se domi; neque aderat uxor, quae consolari hominem in malis posset. (Cic. *Verr.* II 5, 92)
 6. Non **licet**, inquam, ire recta via. (Sen. *epist.* 94, 54)
 7. Quare haec quoque praetermittas **licet**. (Cic. *Verr.* II 5, 133)
 8. Istuc nobis licet dicere, vobis quidem non **licet**. (Sen. *epist.* 99, 28)
 9. Mihi crede, magna pars ex iis, quos amavimus, **licet** ipsos casus abstulerit, apud nos manet. (Sen. *epist.* 99, 4)
 10. Numquam enim **quamvis obscura** virtus latet, sed mittit sui signa: quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliget. (Sen. *dial.* 9, 3, 6)
 11. **Quamvis** enim virtus discenda sit, tamen non per haec discitur. (Sen. *epist.* 88, 32)
 12. Praeterita enim aetas **quamvis** longa cum effluxisset, nulla consolatio permulcere posset stultam senectutem. (Cic. *Cato* 4)
 13. [sc. Verba] seminis modo spargenda sunt, quod **quamvis** sit exiguum, cum occupavit idoneum locum, vires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur. (Sen. *epist.* 38, 2)
 14. Novi si quid erit atque **etiam si** quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quam saepissime velim. (Cic. *Att.* 15, 26, 5)
 15. Sapienti ergo donari aliquid potest, **etiam si** sapientis omnia sunt. (Sen. *benef.* 7, 12, 1)
 16. **Etsi** quid scriberem, non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. (Cic. *fam.* 9, 3, 1)

7. Uvedte, jaký významový odstín mohou mít věty s **cum** a vztahné konjunktivní věty
1. Quid est enim, cur deos ab hominibus colendos dicas, **cum** dei non modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil agant? (Cic. *nat. deor.* 1, 115)
 2. Restant Stoici, qui **cum** a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. (Cic. *fin.* 5, 8, 22)
 3. Id Alcibiades diutius celari non potuit: erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim **cum** animum attendisset ad cavendum. (Nep. *Alc.* 5, 2)
 4. Diu **cum** esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. (Caes. *Gall.* 1, 26, 4)
 5. Quae **cum** essent incerta, existimavi tamen faciendum esse, ut ad te statores meos et lictores cum litteris mitterem. (Cic. *fam.* 2, 19, 2)
 6. Is, **cum** Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. (Nep. *reg.* 2, 2)
 7. Alteram a te epistulam **cum** hodie accepissem, nolui te una mea contentum. (Cic. *Att.* 13, 32, 1)
 8. Quorum domus, **cum** honore ac virtute florerent, signis et tabulis pictis erant vacuae. (Cic. *Verr.* II 1, 55)
 9. Quae **cum** ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani praesidia non desunt: vos, ne populo Romano deesse videamini, providete. (Cic. *Catil.* 4, 18)
 10. Quod **cum** ita sit, nihil fingam tamen. (Cic. *Verr.* II 2, 179)
 11. Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centimalum et P. Sulpicium Servii filium Galbam, **qui** nullum antea curulem magistratum gessisset. (Liv. 25, 41, 11)
 12. Iam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuria mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat, quippe **quibus** nec domi spes prolis nec cum finitimis conubia essent. (Liv. 1, 9, 1)
 13. Nemo est istorum tam misericors, **qui** illum non ad Manlium quam ad Massiliensis ire malit. (Cic. *Catil.* 2, 16)
 14. Misit ad me statim, **qui** salutem nuntiaret. (Cic. *Att.* 4, 10, 2)
 15. Nemo Agrigenti neque aetate tam adfecta neque viribus tam infirmis fuit, **qui** non illa nocte eo nuntio excitatus surrexerit telumque quod, cuique fors offerebat, arripuerit. (Cic. *Verr.* II 4, 95)

8. Nahradte spojkou *cum* a provedte nutné změny

1. Nemo nostrum ignorat, **etiamsi** experti non sumus, consuetudinem regiam. (Cic. *Rab. Post.* 29)
2. Omnia autem brevia tolerabilia esse debent, **etiamsi** magna sunt. (Cic. *Lael.* 104)
3. **Tametsi** enim verissimum esse intellegebam, tamen credibile fore non arbitrabar. (Cic. *Verr.* II 5, 158)
4. ...**etiam si** voles, diu facere non poteris. (Sen. *epist.* 63, 12)
5. Hic **etsi** male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam tum iis opprimere posset hostes: iterum ab eodem gradu depulsus est. (Nep. *Them.* 5, 1)
6. Hoc **etsi** multimodis reprehendi potest, tamen accipio, quod dant. (Cic. *fin.* 2, 26, 82)
7. Gaudeo, **etsi** nihil scio, quod gaudeam. (Plaut. *Capt.* 842)

9. Uvedte, jaké významové odstíny mohou mít vyznačené participiální konstrukce. Některé mohou mít více významů.

1. Et Caelius **profectus**, ut dicitabat, ad Caesarem pervenit Thurios. (Caes. *civ.* 3, 22, 3)
2. Atque ita est a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio senatus, nihil **non approbante populo Romano** egerim,... (Cic. *Pis.* 7)
3. Quot aratores **adveniente te** fuerunt agri Mutycensis? Videamus ex litteris publicis. (Cic. *Verr.* II 3, 120)
4. **His rebus confectis** in Haeduos proficiscitur. (Caes. *Gall.* 7, 90, 1)
5. **Consule** inde **postulante**, ut in contione ea res ageretur, populus in contionem advocatus. (Liv. 42, 33, 2)
6. In te et in collega omnis spes est **dis approbantibus**. (Cic. *fam.* 10, 22, 1)
7. **Iove enim tonante** cum populo agi non esse fas, quis ignorat? (Cic. *Phil.* 5, 7)
8. Quid est, Catilina? Num dubitas id **me imperante** facere, quod iam tua sponte faciebas? (Cic. *Catil.* 1, 13)
9. At hic **me defendente** quinquens absolutus est... (Cic. *Phil.* 11, 11)
10. Missi legati **repugnante me**, sed tamen missi; delata mandata: non paruit. (Cic. *Phil.* 12, 11)
11. His de rebus Caesar **certior factus** et infirmitatem Gallorum **veritus**, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et novis plerumque rebus student, nihil his committendum existimavit. (Caes. *Gall.* 4, 5, 1)
12. Quo modo igitur tot legibus **eiectus** in exilium nomen exulis non perhorrescis? (Cic. *parad.* 4, 32)

13. Si enim est verum, quod ita conecitur: „Si quis **oriente Canicula** natus est, is in mari non morietur,“ illud quoque verum est: „Si Fabius **oriente Canicula** natus est, Fabius in mari non morietur.“ (Cic. *fat.* 12)
14. Ad haec Albana pubes inermis ab armatis **saepta** in variis voluntatibus **communi** tamen **metu cogente** silentium tenet. (Liv. 1, 28, 8)
15. ...postero die consilium ceperunt ex oppido profugere, **hortante et iubente Vercingetorige**. (Caes. *Gall.* 7, 26, 1)

